

nem tuā, adeptus sum bonum meū, tuū est quo ductus sum,
& culpa mea est, quod vitæ tuæ iniuriatus sum. Mundus au-
tem & mundani sunt assighati, sed tu es lucerna eius appariēs,
& sol illuminans, & decet homines temporis tui gloriari per
te, super illis qui prædecesserūt, cum nullus illorū tibi valeat
adæquari. *Dixit H.* Dimitte ab adulatio[n]ibus, conscius enim
sum maculæ meæ, & in quo deviem ab illo, qui vivit virâ ve-
ritatis, cognosco. Sed incubit mihi necessitas in hoc, ex ad-
hærentia naturæ mihi: Et ego supplico Deo creaturarum, ut
adiuvet me, in proposito meo, & deducat me ad voluntatem
rationis, non ad appetitū naturæ. *Dixit Th.* Non oportet in-
quirere causam, quâ te excusas, & quod abominaris in te, est
apud alium ex philosophis via veritatis. *Dixit Hamed:*
Non est difficile, ut veniat magnum in scientia, quoniam di-
gnus essem aliqua laude. *Dixit Thebed:* Sic est, sicut dixisti, &
quomodo non erit sic, scientia namq; tua est infinita, & opus
terminatū termino in tempore terminato. *Dixit Hamed:* In
eo quod quæris, revelationem scientiæ, medium est, quod est
inter infinitum & inter finitum. *Dixit Th.* Rogo te ut aperias
mihi hoc dictū. *Dixit H.* Quin sit in eo judiciū de eo, quod
est infinitū, & hæc est radix, propter quam simplex est susce-
ptivum compositionis, quod est dignum nomine finiti: dein-
de sermo est in composito subtili & corpore, erit hoc totum
videlicet scientia huius habens in se ascendendo potentiam
in excelsis. Vbi est mentio veritatis, quod est infinitū, aut est
reversio in eo ad compositū, quod est natura finita? *Dixit T.*
Perseverabo in inquirendo à vobis hoc, donec perveniā ad id
quod volo ex eo. *Dixit H.* Si non esset in extractione mea hu-
ius — nisi quod discernatur, peritus huius scientiæ, à
deceptoribus, de prudentibus arte ista, esset hoc nobile ad cō-
servandum. *Dixit T.* Si hoc extrahitur meo, quod extrahitur
ab his libris, magnā laudē habebitis, & manū alterā super hoc
mundo, & illis qui sunt in eo. *Dixit H.* Ego sum cogitans su-
per extractione in intrinseca, verborū meorū, in his libris res
quib. probātur auctoritates huius artis. *Dixit T.* Si hoc fece-
ris, quantū es laudabilis! *Dixit H.* Deception & iactantia sunt
homogeneæ naturæ, & sunt cū ea, & in causa. Senex aut̄ Plato
posuit in libro suo qui dicitur dialōgon, in 7. tractatu, in hac
specie, & dicit in quibusdā cap. huius tractatus. Nihil decep-
tionis mitto ad homines, q̄ dicūtur ex arte ista, & cōfidunt in
ea, in cuius p̄vētione est acq̄s̄itio volūtatū hominū hui⁹ mūdi,
& q̄s̄toriū in eo, & p̄venitur ex studio animę supereō, q̄ dat

H 2 occu-

*Medium
Finity &
infinity.*
*M. S.
Spatium
reliquit.*
*Iactantia &
Deception &
in odd fōr*